

nomine, reliqui Pandectarum Libri illustrati prodire. Opus utilissimum, integrum, ex Editione III. *Hale 1716. & 1717. 4.* lucem adspexit, cuius subinde Tomi recuduntur. Sic etiam ad usum & auctoritatem Iuris Germanici egregie **JACOBUS SCHILTERI** *Praxis Iuris Romani in foro Germanico* de qua iam supra dictum. Addi potest **CHRISTIANI THOMASH** *Dissertatio de usu actionum pœnalarum Iuris Romani in foris Germaniæ, Hale 1693. 4.* idemque illustris Auctor in *Vindiciis Corollarii de exiguo Pandectarum usu in foris Germaniæ*, quæ 1692. prodierunt & iam Tractatui de *Nævis Iurisprudentiæ Iustinianæ* sunt adiectæ. Addimus **HENRICI LINCKII** *Dissertationem de Iuris Iustinianei receptione in Germania, Altdorsii 1679. 4.*

## CAPVT SEPTIMVM

De

SCRIPTORIBVS QVI HISTORIAM IDEAS SYSTEMATA VEL CONTROVERSAS IVRIS EDIDERVNT.

S. I.

**Q**VI *Historiam Iuris Naturæ & Gentium*, cuius ex fonte humanæ omnes Leges profluxerunt, condidere, sequentes, qui data id egerunt opera nobis sunt cogniti, quos hoc loco indicamus. Primus ni fallor, fuit **IACO-**

*Historiæ  
Iuris Na-  
turalis &  
Gentium.*

S 5

BVS